

De coniunctionis $\varpi\Sigma$ origine et usu

scripsit

Hermannus Graef.

De conjunctionis et origine et usu

Hermannus Graef

Postquam hoc contigit viris doctis, ut magnum particularum graecarum numerum ad radicem quarundam pronominalium paucitatem revocarent, coniunctionem quoque $\omega\varsigma$, quam tractaturi sumus, a pronomine $\delta\varsigma$ deducendam esse quum alii cognoverunt, tum M. Devarius (de ling. gr. del. s. part. ed. Reussmann p. 362 ita probare conatus est, ut et demonstrativae formae $\omega\varsigma$ et relativae, quae accentu caret, alteri alteram tribueret radicem pronominalem. Dicit enim, ab articulo δ protactico particulam $\omega\varsigma$, ab articulo relativo $\delta\varsigma$ derivari $\omega\varsigma$. Sed quid, quod $\omega\varsigma$ nunquam relativum est immo ubicunque invenitur, demonstrativum? Videtur nimirum Devarius inde profectus esse, ut accentui respondere putaret accentum, quo nihil est apud Graecos incertius. Nos quamquam ex omni dubitatione hanc rem expedire difficile est, tamen ut p. $\omega\varsigma$ tamquam sub oculis nostris exoriatur, efficere conabimur.

Necesse erit, paucis attingere origines non solum pronominum relativorum, sed ipsius relationis. Jam vero non modo in lingua graeca, sed ne in una quidem earum linguarum, quae ad eius stirpem ac gentilitatem pertinent, voces, quae iam inde ab initio naturam habuerint relativam, inveniri constat; sed ex mutua demum particularum demonstratarum relatione, quam correlationem appellare liceat, et pronomina et particulae relativae nascuntur, hoc quidem modo, ut utriusque earum enunciationum, quae correlatione coniungendae sint, idem pronomem eademve particula praeponatur tamquam correlationis index, ut apud Catullum LXII, 45

„sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis est“ nos commode vertimus:

„die Weile sie — bleibt, die Weile ist sie u. s. w.

Ilias η , 481: οὐδέ τις ἔλλη

πρὶν πιεῖν, πρὶν λείψαι.

Tum vero, quo arctior fiat iunctura, hae enunciationes ita copulantur, ut altera porrigat alteri tanquam ansam, particulaeque convenient, quasi dicas:

πιεῖν πρὶν, πρὶν λείψαι.

Denique hae particulae conerescunt, et una iam particula semel posita, quemadmodum nunc ad utramque enunciationem pertinet, ita efficit utriusque cum altera nexum, significationem que nanciscitur relativam:

πιεῖν πρὶν λείψαι.

Nunc ad particulam $\omega\varsigma$ eiusque originem regredimur.

Antiquissimae formae pron. demonstrativi sunt $\tau\acute{o}\varsigma$, $\tau\acute{\eta}$, $\tau\acute{o}$, quas formas doricae dialecto proprias Homerus servavit, poetae tragici imitati sunt, Aristophanes ut obsoletas risui dedit (Equ. v. 1334.) Hinc casus ablativus (cf. Greifsw. Gym. Progr. O. 1854 S. 11 u. 12) derivatur $\tau\acute{\omega}\varsigma$, aeque atque $\alpha\lambda\acute{\omega}\varsigma$ a $\alpha\lambda\acute{o}\varsigma$, cuius consonam finalem ex littera d natam esse constat. Atque

easus ablativus id continet, ut et instrumentum significet modumque quo quid agatur, et unde aliquid nascatur, quove iamsit loco, indicet. Itaque nostrum *τῶς*, ubicunque ponitur, aut idem valet quod *οὐτως*, i. e. hoc modo, ita; — aut sensu iam indutum relativo idem significat quod *οὐ*, ubi, ut apud Theocritum.

Sed iam apud Homerum pronomini illius demonstrativi formae quaedam debiliores inveniuntur *ὄς* et *ὄ*, quas equidem ionicis elementis dialecti Homericæ adscripserim, sicut graviore illas (*τός*, *τή*, *τό*) doricis. Neque vero quidquam utrisque inest relationis, sed mere sunt demonstrativa, ut, si dicam „*ὄς μοι τὴν χεῖρα*“ quod idem est atque *τὴν χεῖρα ἢ δείκνυμι*, similiter illud Homeri „*αὐθὺς ὄς δὲ τετελεσμένος ἐστίν*“ explicandum sit: verbum — hoc iam perfectum est. (Copiosius de hac re loquitur Pape) Lex. p. 279—280.)

Atque sicut illi *τός* respondet *τῶς*, ita huic *ὄς* (sive *ὄ*) forma *ὄς*, ipsa quoque, id quod Bekkerus recte facere coepit, circumflectenda. Has voculas *τῶς* et *ὄς* demonstrativas, non relativas esse inde probari mihi videtur, quod, ut Buttmanus egregie vidit (Lexil. 1, p. 239) vocula *ὄς* apud Homerum in imaginibus rem aliquam illustrantibus semper verbum suum vel participium efflagitat, sin minus, substantivo postponitur. Itaque, si Homerus dicit: „*θεός — ὄς τίετο δῆμῳ*“, substantivum *θεός* appositionis instar est, ipsumque iam continet comparationem, addito autem adverbio *ὄς* modus tantum venerationis illustratur, quasi dicas: „ein Gott, — so wurde er geehrt.“ Quamquam, si id Homero placuisset, ut poneret: „*ὄς, θεός, τίετο δῆμῳ*“ id voluisse agnosceremus poetam, ut particulae *ὄς* praemonstrativam quandam vim tribueret, illamque sententiam sic explicarem: „so — als Gott — wurde er geehrt:“

Num quis de hac demonstrativa voculae *ὄς* natura eadem iam statuerit prorsus equidem ignoro, sed tacere non possum, quam pulchre huic sententiae auxilio venire videatur usus ille Homericus adverbii *ὄς τε* (rectius *ὄς τε*) quem Buttmanus eodem commemorat; particula enim *τε* quum alias res, tum actiones annectit, quod si tenemus, illud Homeri „*δάκρυα θεοῦ χέων, ὄς τε κρήνη μέλανδρος*“ verbo vel *χέει* vel *πράττει* facile suppleto latine reddemus hoc modo: „calidas lacrimas fundens — hoc modo fons quoque“ (scil. facit). Quod hunc p. *ὄς τε* usum et Pindarus et poetae tragici et veteres scriptores Attici imitati sunt, qui quum scriberent p. *ὄς* et accentum amiserat et sensum iam induerat relativum, hi omnes ad Homerum rettulisse videntur quendam eius usum, de quo Homerus ipse non magis cogitare poterat quam de relativa pronomini demonstrativi significatione.

Iam vero, ut hoc adverbium *τῶς* sive *ὄς* in sensum verteretur relativum, opus ei erat in iisdem usus rationibus versari, quas iam supra exposuimus. Hoc igitur modo bis positum *τῶς* — *τῶς* quamquam mala grammaticorum industria non amplius invenitur, tamen antiquissimis profecto temporibus eo munere perfunctum est ut binas enunciationes, si qua aut actionum aut statuum intercederet similitudo, inter se coniungeret.

Sed quemadmodum pronomina Homeri demonstrativa horum virorum errore, quo arctiores fierent binarum enunciationum iuncturae, pro relativis habebantur facillima accentuum mutatione, quamquam sophistis demum, orationis atticae auctoribus elegans ille et copiosus pronominum relativorum usus debetur, ita pro altero *τῶς* non solum, verum etiam pro utroque forma poni coepit *ὄς*, neque vero eadem circumflexa, sed propter similitudinem, quae illi formae intercedit cum adverbio relativo *ὄς*, multo illo quidem posteriori, hoc ipsum recipiebatur. Nihilominus ea nimirum actionum rerumque aequabilitas, quam particula *ὄς* bis posita illustrari modo statuimus, in omnibus Homeri locis spectatur.

Il. α, 512: ὄς ἤψατο γούνων, ὄς ἔχετ' ἐκλερνύια.

Hunc usum imitati sunt, mutato utriusque *ὄς* accentu, poetae tragici, Platō (Prot. 326, d)

ὡς περ οἱ γραμματισταὶ . . . ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ἐφήρησιν τῶν γραμμῶν, ὡς δὲ καὶ ἡ πόλις . . . ἀναγκάζει. Theocritus 2, 82: ὡς ἴδον, ὡς ἐμίανη, ὡς με γλυκὺς ἕμερος εἶλεν.

Atque ut tandem relativa nostra existeret particula ὡς, necesse erat, haec adverbia demonstrativa in unum locum migrare (quasi dicas: ich will sterben che, ehe ich dies thue; πένειν πρὶν λείπειν). Cuius rei exempla quod nusquam fortassis inveniuntur, quodque adeo nusquam legimus: τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἔχει ὡς, ὡς λέγω, non est cur miremur. Haec enim adverbia ὡς — ὡς, ubi primum posita sunt alterum iuxta alterum, tum iam (liceat Platonis more fabulam fingere) tum igitur coniugii foedus icerunt, ex quo coniugio nata est filia, nostra scilicet p. ὡς relativa, quae cum nasceretur,

veridicos Parcae coeperunt edere cantus.

illique praedixere magnam in linguae graecae finibus potestatem, simul vero accentus parentibus proprii amissionem, id quod accidit. Neque vero est, cur Riemerus (Lex. sub ὡς) de hac re stomachetur, nam recte, si umquam, grammatici, quum p. ὡς accentu privarent, secuti mihi esse videntur eam non modo linguae Graecae, sed omnium linguarum legem, ut tales voculae, quo magis naturam suam pronominalem deponant mereque formales sive *συσση μαι νοσαι* fiant quam minimo aut nullo accentus ponderē tamquam premantur, itaque sua quodammodo culpa p. ὡς accentu caret aequae atque *εἰ* coniunctio.

Haec igitur videtur origo esse p. ὡς, quae quanto commodiorem reddat enunciationum nexum, quam demonstrativa illa adverbia ὡς — ὡς, postea videbimus. Neque quum hanc particulam ὡς procrearet ingenium Graecorum, aliud fecit, atque in arte sculpendi. Sicut enim priscae illae Graecorum statuae, *ἰερατικοῦ γένους* reliquiae, amictus gerunt, quorum plicae anxia aequabilitate in utroque corporum latere dispositae simillimae sunt illis ὡς — ὡς, quorum alterum idem repraesentat quod alterum, ita quo melius in temporum decursu vividos corporum motus sequi tamquam discere videntur illae, lingua quoque graeca ad copiosum illum elegantemque particulae ὡς usum progressa est, quem iam sumus exposituri. Atque ut divisionem sequamur ad rem ipsam quam optime accommodatam, primum quidem eos usus modos respiciemus, in quibus ὡς naturam suam pronominalem retinuisse, tum eos, in quibus minus videatur.

I.

Iam vero p. ὡς, quamquam correlatione sua demonstrativa non amplius egere videtur, tamen ubicunque opus erat, in enunciationibus accurata correlatione coniungendis ita ponebatur, ut particulas demonstrativas exciperet modo ex eadem, modo ex aliis radicibus nates. Itaque praecedunt, aut, ubi memborum ordo eius modi est, subsequuntur primum quidem ὡς (et τὼς) quas poetae tragici, ut supra diximus, libenter ex Homero petierunt, scriptores Attici nisi coniunctionibus quibusdam copulativis vel adversativis (*καί, οὐδέ, δέ*, aliis) tamquam firmatas minus saepe adhibuerunt — tum vero *οὐδέ, οὕτως, ταύτη*:

Soph. Oed. Col. 1244 ὡς τις ἀκτὰ κλονεῖται, ὡς καὶ τόνδε ἄται κλονέουσιν. Antigone 421 ὡς ὅταν βλέψη ὄρης . . . οὕτω δε χάτη — ἐξώμωξεν. — Pl. Rep. III, 415, b μὲδ' οὕτω σφόδρα, φιλάξουσι μὲδ' ὡς τοὺς ἐκγόνους, ibid. III, 365 d ταύτη ἵέον ὡς τὰ ἴγνη τῶν λόγων φέρει.

Similiter τὸσος, τοιόςδε, Aesch. Agam. 841 καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τὸσων ἐνέγγανεν — ἀνὴρ ὄδ' ὡς πρὸς οἶκον ὀχετεύετο — φάτις, τέτραται δικτύου πλέω λέγειν, quo in exemplo, quum astrictior correlatio flagitaret ὅσων vel ὅσα εἶναι, attractio quaedam adhibita spectatur. Aesch. Pers. 176 ἀλλ' οὐτὶ πω τοιόνδ' ἐναργὲς εἰδόμην — ὡς τῆς πάροιθεν εἰφρόνης.

Commode huic usui subiungimus ea exempla, in quibus, quod ὡς ipsum iam actionum rerumque in enunciatione demonstrativa indicatarum aequabilitatem referre potest, dem. illa pronomina particulaeque omittuntur. Sed quamquam nihil intercedere videtur, num demonstrationem addam an omittam, tamen aliud est: οὕτω μέγας ὁ δεῖνά ἐστιν ὡς ὁ Καῖσαρ, aliud: μέγας ἐστὶν

ὡς ὁ Καῖσαρ. Nam si apponitur part. dem. *ὄντω*, tum ὡς nihil aliud agit nisi ut magnitudinis modum adverbio *ὄντω* indicatum tam ad istum quam ad Caesarem pertinere significet; sin minus, etiamsi magnitudinis utrumque participem esse doceamur ipso adiectivo *μέγας* utrique communi, tamen, quum campus finesque, in quibus versetur illa magnitudo, non circumscribantur, sed particulae ὡς demum committantur definiendi, haec iam, quae est eius natura pronominalis, illos fines etiam ita praebet spectandos, ut iisdem contineri et istius hominis et Caesaris magnitudinem agnoscamus; id quod apparet, ubi vertimus: magnus iste est in eodem genere, in quo Caesar; aut: er ist gross in der Sphäre, in der Weise, in welcher es auch Cäsar ist. Ita rem sese habere docet nos particula *καί*, quae in eius modi exemplis sexcenties apponitur.

Sed sicut gradum positivum, qui vocatur, sequitur particula ὡς, ita eadem res est, si ὡς gradum comparativum excipit, quem usum non solum in negatis, verum etiam in affirmatis comparationibus suum locum habere pulchre illustravit Schoemannus (Zeitschr. f. d. W. d. Spr. 4. Bd. 2. Heft.) Atque si dico: *μείζων ὁ δεινότερος ὡς ὁ Καῖσαρ*, non privo Caesarem magnitudine, sed Caesaris magnitudinem istius hominis magnitudine tantummodo superari statuo. Simul vero eadem differentia, quam supraprehendimus, nunc quoque spectatur; nam quemadmodum futurum esset, ut, si ad gradum comparativum *μείζων* apponeretur adverbium *τόσση* — *τόσση μείζων ὁ δεινότερος ὡς ὁ Καῖσαρ ὅση ὁ Περικλῆς* — ὡς ipsum tantummodo hanc differentiae mensuram repraesentaret, adverbio *τόσση* indicatam, ita, ubi deest, neque adeo *εἰς* certae mensurae finibus coercetur, nunc iam significat quodammodo palaestram, ex qua iste homo discesserit superior, quasi dicas: er ist gross in der Sphäre, in der Weise, wie auch Cäsar gross ist. Neque igitur Jo apud Aeschylum v. 632, quum dicat:

„μή μου προκίθον μάσσον ὡς ἐμοὶ γλνύ“

Promethei curam omnino respuit, quamvis ironice loquatur, sed ne certum morae, aut, ut scholiasta vult, curae excedat finem, adhortatur. — Itaque quod Passowius (Lex. ed. 1831 p. 1491 nisi gradus positivus ipse quoque iam particula ὡς apposita definitus fuerit, huius usus locum esse negat, non recte facit, nam ad hoc quidem exemplum Aeschyleum non quadrat ista explicatio, nisi forte Jo verbis usa: *μή μου προκίθον ὄντως ὡς . . .* vel *ἐφ' ὅσον ἐμοὶ γλνύ* id sentire poterit, ut dicat, sese adeo vel tamdiu curam Promethei improbare quam sibimet ipsi placeat!

Neque huc pertinet locus ille Platonis in rep. p. 347,2: *καὶ πότερον ὡς ἀληθεστέως δοκεῖ σοι λέγεσθαι*, quem Passowius eodem loco laudat; neque enim sequitur ὡς gr. comparativum, sed praecedit, neque aliud quidquam facit, nisi quod consecutionem inducit aequae atque *ὥστε*, quasi dicas: „utrum tibi ita videtur dici ut verius dicatur (scil. altero). Hunc locum antea ita commentatus mihi visus eram, ut exempla respiciens, quale est illud Xenophontis „*καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἐκατέρω χρόνῳ*“ particulam ὡς sensum induisse interrogativum et aut pro *πῶς* aut pro *πόσση*, differentiae mensura positam aequae atque latinum illud „quanto“, duarumque igitur interrogationum confusionem factam esse statuerem, hoc modo reddendam: utrum tibi videtur verius dictum et quanto verius altero' aut quomodo verius altero. Quae explicatio haud scio an propius accedat ad sermonis Platonici proprietatem.

Denique ὡς, gradum comparativum excipit ad numerum aliquem relatum, ut in disticho illo Xenophanis ab Athenaeo XII, p. 526 servato:

ἦσαν εἰς ἀγορῆν παναλονργεὰ φάρε' ἔχοντες
οὐ μείους ὥσπερ χίλιοι εἰς ἐπίπταν

in eadem versatur ratione. Atque in hoc exemplo ὥσπερ non solum comparationem efficit, sed etiam, id quod saepe fieri postea videbimus, ne numerum illum mille hominum adeo accuratum esse putemus monere videtur.

Huic usui ordinis causa addimus gradum superlativum, qualis quidem particulam ὡς

sequens cogitari possit. Nimirum huc non pertinet illud notissimum *ὡς τάχιστα* vel *ὡς τις πλείστα*, similia, qua de re postea loquemur, sed superlativus modus in comparationibus hac particula illustratis num locum suum habere possit, quaerere licebit. Neque tamen talem aliquam dicendi formam inveniri usquam crediderim; nam si dico: „*μέγιστός ἐστιν ὁ δεῖνα ὡς ὁ Καῖσαρ*, istum hominem apparet in alio praestantiae genere atque Caesarem versari, quum in eodem genere, e. g. in arte militari, ut Caesar in comparationem descendat, fieri possit nullo modo. Iam vero, quum *ὡς* idem tantummodo genus definiat, definitumque in relationem vertat, aut aliud in hoc exemplo praestantiae genus isti, aliud Caesari tribuendum est, e. g. *μέγιστός ἐστιν ὁ δεῖνα κατὰ τὸ φιλοσοφεῖν ὡς ὁ Καῖσαρ κατὰ τὸ στρατηγεῖν*, aut temporum discrimen, quasi dicas: *μέγιστος ἦν ὁ δεῖνα ὥσπερ νῦν ὁ Κ. τυγχάνει ὄν* — aut aliam intercedere opus est differentiam. Quamquam, quum gradu superlativo saepe praestantia tantum, non praeclusa omni comparatione, illustretur, si in hoc exemplo illud *μέγιστον εἶναι* idem esse statuerimus quod *ἀριστέειν* sive permagnum esse, in nulla difficultate versabimur. Homerus quidem, a quo relativam *π. ὡς* significationem abiudicavimus, neque illius ad gr. comparativum positae usum novisse, neque adeo loqui poterat: *μεῖζον ἦν ὡς Ἑκτωρ* — maior erat, sic Hector; id fortassis unum ei licebat, ut addita aliqua generum diversitate hoc fere modo diceret:

φέριερος ἦν αὐτοραδίῃ ὡς φαιδῖμος Ἑκτωρ ἐγγεῖ θ' Ἰπποσύνη τε; alterumque superiorem fuisse altero in diverso dimicandi genere exprimeret; neque minus ad superlativum futurum esset ut eadem, quae supra, pertineret explicatio.

II.

De Homerico adverbii *ὡς* usu.

Quum Homerus vocula *ὡς* (*τῶς*) nisi demonstrativo sensu non utatur, tamen, accuratius modo circumspeciamus, non solum qua sit in eligendis verborum temporibus modisque varietate et elegantia cognoscemus, sed etiam quatenus scriptores Attici ab hoc poeta pendeant, particulaeque *ὡς* in relationem conversae fines propagaverint, perspicimus. Etenim Homerus in imaginibus depingendis adeoque vocula *ὡς* inducendis varios adhibet verborum modos, atque indicativum quidem, ubicunque eas actiones easque res unde expromit descriptionum suarum lumina et colores, vere factas esse significat. Sed tempus adhibet praesens, si ea quae dicit in omnium, ut permanentia, conspectu sunt aut sane esse possunt, aoristum, si ipse tantummodo eas compertas habet ipsique licuit spectatio, aut semel aliquid, ut insolitum, accidisse docet. Mira videri potest haec distinctio, attamen simpliciter e demonstrativa voculae *ὡς* significatione sequitur exemplisque probari mihi videtur.

Il. V, 499: *ὡς δ' ἄνεμος ἄγρας φορέει ἱεράς κατ' ἀλωάς
ἀνδρῶν λιμῶντιον, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ
ζοιῆν ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόντε καὶ ἄγρας
αἰ δ' ἐπὶ λευκαίνονται ἀγρομαί. ὡς τότε Ἀχαιοί
λευκοὶ ἔπερθε γέγοντο κομισάτω ...*
nos vertimus: hoc modo paleas ferre solet, et albescere solent acervi palearum... hoc modo tum Achivi albi facti sunt pulvere.

Il. IX, 4: *ὡς δ' ἄνεμοι δύο πότον ὀρίετον ἰχθυόεντα
...
ὡς ἐδάϊζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι Ἀχαιῶν:*
„Hoc modo (id quod semper spectare licet) duo venti aequor commovent) — hoc modo Achivorum quoque animi seqq. Contra aoristus, ubi ponitur, minime permittit, ut quoniam aliquam rem semel aliquando accidisse significet, etiam saepius eam accidisse adeoque in consuetudinem

venisse putemus (quod ubi exprimere vult, modo optativo utitur) nam ista subtilitas ab Homeri quidem simplicitate abhorret, — sed ut alias, ita tum praecipue, quum pendet e coniunctione *ὅτε*, quae saepissime voculam *ὥς* sequitur, sinceram illam Homeri sententiam exponit, quam supra statuimus. Atque si Homerus dicit (Il. III, 33.)

ὥς, ὅτε τις τε δράκοντα ἰδὼν παλινόροσος ἀπέστη

ὥς αὖτις καὶ ἄμιλον ἔδν Τρώων ἀγερώχων:

hoc ita explicandum est: eodem modo quum quondam aliquis draconemcons picatus resiliit, eodem modo Paris. Poeta enim semel tantummodo quendam hominem in draconem incidisse aut ipse vidit aut compertum habet, huiusque rei nisi semel tantum factae aut semel a semet ipso spectatae auctor esse non vult.

Item Il. IV, 275: *ὥς δ'ὅτ' ἀπὸ σκοπίης εἶδεν νέφος ἀπτολος ἀνήρ*

τοῖαι ἐμ' Αἰάντεσσι ... κίνυντο φάλαγγες.

Nonnunquam in eiusmodo exemplis Homerus tempus praesens excipi iubet aoristo, neque vero ita, ut semper alteram rem sibi soli, alteram omnibus notam significasse, sed liberius admodum in eligendis temporibus versatus esse videatur, sicut

Il. V, 902: *ὥς, ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειρόμενος, συνέπηξεν*

ἕρπον ἔόν, μάλα δ'ὄνα περιστρέφεται κινῶσιντι.

ὥς ἄρα καρπαλίμως ἴσαντο θοῶρον Ἄρηα,

quem locum non opus est ut habita temporum ratione interpretemur, coagulo lac quondam, spectante Homero, condensatum esse, velociter vero lac solere coagulari, ullaive adeo temporum subtilitatem suspicemur. Quamquam, etiamsi non semper talis temporum varietas suam postulat explicationem, tamen minime suspectam reddere videtur illam temporum Homericorum distinctionem.

Atque in omnibus his exemplis commodè quandam deprehendimus dicendi brevitatem, nam quum vocula *ὅτε* suum verbum regat, id verbum, quod pendet ex vocula *ὥς* desideratur; sed aut verbum finitum membri superioris, aut ea verbi *εἶναι* forma supplenda est, quae ad grammaticam sententiae integritatem pertinet. Itaque quum in illo versu Iliadis IV, 462

ἦριπε δ' — ὥς, ὅτε πύργος — ἐνὶ κρατερῇ ἑσμίνῃ

sententia non sit integra, nisi subaudiverimus verbum vel *ἦριπε*, vel *ἦν* — *ὥς δὲ ἦν*, (scil. *τὸ πρᾶγμα* vel *ἡ πτώσις*) *ὅτε ἦριπε*... (neque vero *ἔστιν*, quod turres cadere non solent) idcirco igitur in imaginibus omnibus, quae voculis *ὥς, ὅτε* inducuntur, una saltem ellipsis, quum adverbii *ὥς* verbum desit, adhibetur. Iam vero, quum etiam coniunctionem *ὅτε* suo verbo in hoc exemplo carere concedat Passowius (p. 1488) tum demum integram habebimus hanc imaginem, si verbo eodem bis suppleto, aut verbo *ἦν* sive *ἔτιχεν* in alterius verbi locum immisso verterimus: cecidit autem — atque ita (aut similiter) res sese habuit, quum quondam turrim viderem cadentem; sive ut ad poetam propius accedamus: cecidit, eandemque olim vidi ruinae molem, quum caderet turris.

Copiosior iam est altero verbo apposito versus Iliadis XIII, 389 *ἦριπεδ' ὥς, ὅτε τις δρῶς ἦριπε*; atque in hoc versu certam quercum ante oculos poetae obversatam esse facile colligimus e pronomine *τις* apposito. Nos, quippe qui talem videndi et cogitandi sinceritatem vixdum animis percipiamus, adeoque ipsum iam Homerum, ubi exemplis luminibusque utatur, in universum disputasse nobis persuadeamus, nos sane libenter gnomicos istos, qui vocantur, aoristos auxilio venire iubemus; sed haud scio an tali interpretatione Homerum reddamus minus homericum. Ceterum quamquam in longioribus praecipue imaginibus Homerus voculis *ὥς, ὅτε* usum esse recte contendit Passowius, — etenim in his, quum poetam solum fuisse rei testem subaudiret audientium corona, accuratissima et copiosissima opus erat descriptione, — tamen etiam in simplicissima et brevissima

quaque imagine, qualis est Od. XI, 368: *μῦθον δ' — ὣς, ὅτ' αἰοῖδός — ἐπισταμένως κατέλεξας* facere non possumus, quin de certo quodam vate eodemque ab Alcinoο et Ulixē saepe audito Homerum cogitasse putemus. In Od. versibus V, 121—129:

ὣς μὲν, ὅτ' Ὀδύσειον ἔλετο ῥοδοδάκτυλος Ἥως,

ὣς δ', ὁπότε Ἰασίῳ ἐνπλόκαμος Ἀημίτηρ

ῥ' Θυμῶ εἴξασα, μίγη φιλόγητι καὶ ἐνῆ,

ὣς δ' αὖ νῦν μοι ἀγᾶσθε, θεοὶ, βροτῶν ἄνδρα παρῆναι.

prius comparationis membrum in duas dividitur partes voculis ὣς, ὅτε notatas, quarum altera alteri opponitur pps. μὲν — δέ, utramque vero partem excipit tertium ὣς, quod profecto, ne forte exemplorum numero continuando inservire sed correlativa potius vi indutum esse agnoscamus, quamquam ipso eius loco monemur, tamen additis demum trium vocularum δέ — αὖ — νῦν tamquam ponderibus ad libram quodammodo aequaliter sustinendam redditur idoneum.

Modum deinde coniunctivum adhibet Homerus in eiusmodi comparationibus, si quid ex alia re pendere certisque conditionibus contineri significat.

Il. 22, 93: *ὣς δὲ θράκων ἐπὶ χειρὶ ὀρέστερος ἄνδρα μένησι*

βεβρωκῶς κατὰ φάρμακ', ἔδν δέ τε μιν χόλος αἰνός

σμερδαλέον δὲ δέδορκεν ἐλισσόμενος περὶ χειρὶ —

ὣς Ἔκτωρ ἄσβεστον ἔχον μένος οἴχ' ἐπεχόρει

quibus in versibus non est, ut Passowius vult eumque secutus Pape, transitus factus ex certa definitaque dicendi ratione ad indefinitam, sed ad illa verba *ἔδν — χειρὶ*, ut in parenthesi addita, quam atrox nimirum constantia et serpenti et Hectori communis illustretur, non amplius pertinet vocula ὣς.

Il. V, 161: *ὣς δὲ λέων ἐν βοῦσι θορόν ἐξ ἀγένας ἄξῃ*

πόρτιος ἢ βούς, ξίλοχον κατὰ βοσκομενάων

ὣς τοῖς ἀμφοτέροισ ἐξ ἵππων Τυδέος υἱός

βῆσε κακῶς ἀέροντας.

Horum exemplorum coniunctivum ad Homeri sinceritatem tum demum accommodabimus, si poetam ea, quae narret, non ipsum vidisse sed potentialiter eloqui crediderimus. Optativum denique haec vocula quamquam apud Homerum saepissime secum habet, tamen in talibus imaginibus non ipsa inducit (neque enim id quod ipsum non revera est, sed „optatur“ (brevis esse mihi liceat) facit poeta in comparationem venire cum eo, quod vere factum est aut esse affirmatur; itaque in eiusmodi imaginibus modus optativus, ubicunq; voculam ὣς sequitur, semper pendet e coniunctione *εἰ*, quam Bekkerus, quam rectius Wolfio ab illa seiungeret, interpungere etiam debebat: *ὣς, εἰ*.

Il. 2, 780: *οἱ δ' ἄρ' ἴσαν ὣς, εἴ τε περὶ χθῶν πᾶσα νέμοιτο* (scil. *ἀπέδραμον ἄν;* est enim talis conditio, quae ad veri similitudinem non accedat.)

Od. 10, 416: *δόξησε δ' ἄρα σφίσι Θυμῶς*

ὣς ἔμην ὣς, εἰ πατρίδ' ἰκοίαιτο (scil. *ἐγένετο ἄν*)

Od. 10, 419: *ὣς ἔχάρημεν*

ὣς, εἴν' εἰς Ἰθάκην ἀφροίμεθα πατρίδα γαῖαν;

nos, ut particulam quoque *τε*, quam non conditioni illustrandae inservire, sed proprie ad voculam ὣς crediderim pertinere, accuratius reddamus, nos igitur vertimus: hoc modo gaudemus, eodemque modo gavisuri essemus, si futurum esset, ut in patriam rediremus. Hunc usum omnino iis circumscribi normis, quibus conditionales contineantur enunciationes, facile apparet; dumque in uno quoque exemplo id, quod Graeci vocant *ἀπόδοσιν*, ab Homero opprimi et ex protasi petendum esse teneamus, facilis iam in promptu erit ratio explicandi compendiarum.

Novam prae se ferunt speciem eadem conditionalium, quas modo exposuimus, enun-

ciationum apud Homerum exempla, si, ut opus est, id vinculum solvimus, quod intercedit inter protasin et apodosin, hacque postposita adverbium ὡς apodosi proprium protasi quoque proponimus, ut iisdem modalitatis hoc adverbio ὡς indicatae finibus utramque enunciationem appareat contineri. Atque Ulixis socii modo dixerant: *εἴ ποτε εἰς Ἰθάκην ἀφικοίμεθα, τὴν αὐτὴν, ἢ περ νῦν, χαρὰν χαίροισμεν*. Hac vero conditione in optationis formam conversa ommissaque, quoniam modo optativo ipso optari solet, particula εἴ, addito autem utrique enunciationi adverbio ὡς, modalitatis indice, loqui poterat hoc modo:

ὡς εἴς τε θεῶν ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιο!
ὡς = so gründlich = εἰμὲ νῦν ἐχόλωσεν ἄναξ.

Quod interpunctione posita illam optationem ab hac affirmatione dirimo pulchrumque verborum ambitum, qui videtur, crudeliter lacero, Medeae similis, manu sane tremo, sed aut relativum est hoc loco adverbium ὡς, id quod nego, aut etiam in Iliadis versibus 13, 825:

εἰ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς παῖς αἰγιόχοιο
εἴην ἤματα πάντα, τέκοι δέ με πότνια Ἥρη
τιμοίμην δ' — ὡς τίτ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων —!
ὡς νῦν ἡμέρη ἦδε χαρὸν φέρει Ἀργείοισιν.

ea opus est interpretatione, ut illam optationem vocula ὡς tamquam in rei vere factae speciem subito commutari putemus et vertamus:

Wäre ich doch ein Sohn des Zeus! gerade so aber wie wenn ich es wirklich wäre, bringt der heutige Tag Verderben.

Simpliciores sane sunt, quippe in quibus ὡς iam sit relativum, loci quidam ab aliis scriptoribus ad eandem dicendi speciem conformati, sicut illud Aristophanis in nub. 516:

οὕτω νικήσαιμι γ' ἐγὼ καὶ νομιζοίμην σοφός, ὡς — ἤξιωσα.

Si denique ab Homero apodosin omittitur, tum vocula ὡς nimirum meram introducit optationem, adeoque quamvis demonstrativam suam naturam retineat, tamen ita quodammodo degenerare videtur ut hanc optationem certis modalitatis finibus non amplius coerceat. Sed videtur; nam Od. 1, 47: ὡς ἀπόλοιο καὶ ἄλλος! ὡς ad Aegisthi necem respicit.

Item Il. XX II, 286:

νῦν αὖτ' ἐμὸν ἔγχος ἄλεια
χάλκεον! ὡς δὴ μιν σφ' ἐν χροῖ πᾶν κομίσαο!

Od. XV, 389: (λενγαλέω θανάτω) ὡς μὴ θάνοι, ὅστις ἔμοιγε
ἐνθάδε ναιετάων φίλος εἶη καὶ φίλα ἔρδοι!

Iam vero ad simplicia illa exempla regredimur, in quibus sinceram absolutamque aequalitatem intercedere Homerus significabat inter eam personam, cuius actio illustranda erat, et illustrationem ipsam —, quaeque nondum continebant verbi modos, neque coniunctivos neque optativos. Atque in his exemplis, quamquam formarum varietate inter se non discrepant, tamen mirum est quot spectentur in sententiarum intimis nexibus diversitates, nostrumque est, adhibitis certis quibusdam particulis et coniunctionibus intimas illas enunciationum subtilitates accuratius definire. Quamquam non adeo mendica est syntaxis homerica, atque Indianorum, qui, quum exprimere velint hoc fere: „quod tu gentem meam Dacotam obiurgasti, moriendum tibi est“, id tantummodo, proferant, ut dicant: „magna est gens Dacota, — ego te interficiam“; — tamen saepe fit, ut nobis quidem ex totius demum sententiae tenore et corpore, tanquam ex tota planta efflorescere ac promitti videatur floscula syntactica. Itaque quum in Od. XXIV versibus 194:

ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμίμονι Πηλεοπέτῃ,
κοῖρη Ἰακρίον · ὡς εὖ μείμνη' Ὀδυσσεύς

consecutio lateat, nihil Homerum iuvisset, si vocula ὡς τε usus esset, quippe quae nondum esset

relativa; sed quid inter utramque enunciationem intercedat, voculis $\omega\varsigma$ — $\acute{\omega}\varsigma$ in utriusque capite positus adumbrasse satis habet. Similis consecutio latet in Od. XVII, 20:

*οὐ γὰρ ἐνὶ σταθμοῖσι μένειν ἐνὶ τηλίκῳ εἰμί,
 $\acute{\omega}\varsigma$ τ' ἐπιτελαμένῳ σημάτοισι πάντα πιθέσθαι*

hoc est: „maior sum natu, quam ut parietem premam et ideo domino oboediam; quamquam igitur uterque infinitivus pendet ex verbo *εἰμί τηλίκος*, tamen domini, qui fingitur, animo obversata consecutio exprimitur. Quod verum si est, aliud que quoddam exemplum Iliadis 9, 42:

εἰ δέ σοι αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσεται, $\acute{\omega}\varsigma$ τε νέεσθαι, ἔρχεο

recte ita interpretamur, ut illo $\acute{\omega}\varsigma$ τε continuari et excipi putemus aliquem infinitivum a Diomede irato omissum et suppleamus: „si istud in animum inducis, ut tam turpiter facere adeoque reverti velis“ — hoc igitur si verum est, tum Homerus nunquam adverbium suum $\acute{\omega}\varsigma$ τε demonstrativum cum infinitivo coniunxit. Singularis est locus quidam Od. 17, 218:

$\acute{\omega}\varsigma$ αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεός, $\acute{\omega}\varsigma$ τὸν ὁμοῖον

quem equidem ita interpretor, ut vertam: hoc modo ducere solet deus similem, hoc modo similem. Qua interpretatione id efficimus, ut Homerum de praepositione $\acute{\omega}\varsigma$ nondum cogitasse appareat; hoc enim unicum exemplum, si minus, futurum esset ut illius usus exstare apud Homerum fatemur. Sed in exemplo Iliadis antea iam laudato 1, 512:

*$\acute{\omega}\varsigma$ ἦψατο γούνων,
 $\acute{\omega}\varsigma$ ἔχει ἔκλεφνύια*

ex temporum iam discrimine id sequitur, ut non solum eandem fuisse et tangendi et amplectendi vim eundemque omnino modum voculis $\acute{\omega}\varsigma$ — $\acute{\omega}\varsigma$ demonstratum, sed huic actioni illam antecessisse nobisque igitur temporali aliqua coniunctione distinguendam esse cognoscamus. In vers. Il. XXI, 273—279:

*Ζεῦ πάτερ, $\acute{\omega}\varsigma$ οὔτις με θεῶν ἔλεινόν ἐπέστη
 ἐκ ποταμοῦ σαῶσαι . . .*

$\acute{\omega}\varsigma$ μ' ὄφελ' Ἐκτωρ κτεῖναι . . .

equidem construxerim: „adeo nemo me servavit, adeo me ab Hectore interfici oportebat“, itaque intercedit causalitas quaedam, quasi dicas: „da nun doch einmal kein Gott mich rettete, so wollte ich u. s. w. sive: wenn nun doch seqq.“

In hoc exemplo spectare licet, quam prope convenient haec $\acute{\omega}\varsigma$ — $\acute{\omega}\varsigma$ cum conditionalibus *εἰ* — *ἄν* correlativis, sed etiam quam ingens intercedat inter utrumque correlationum par differentia. Id profecto fieri poterat ut simul adhibita utraque dicendi forma Achilles loqueretur:

$\acute{\omega}\varsigma$, εἰ ποτε μήτις θεῶν ἐπέστη, $\acute{\omega}\varsigma$ ἄν μ' ὄφελ' Ἐκτωρ κτεῖναι.

Item non modo, ut concessionem inducantur, Homerus efficit, sed quum aliae res, tum consilia quoque voluntati eius, qui agit, proponi possunt. Quod vero in propositionibus finalibus omitti solet alterum $\acute{\omega}\varsigma$, non est cur miremur. Commode enim hunc usum tanquam ratione invenire possumus, si illas optationes, de quibus iam diximus, apodosi omissa ad consilium aliquod propositum referri iubemus. Quae si vera natura finalium propositionum homericae est, non iam offendunt nos particulae neque *ἄν* neque *κε*, quae in eiusmodi enunciationibus sexcenties inveniuntur. Itaque Iliadis II vv. 363, 364:

ζῆν' ἀνδρας κατὰ φύλα, — $\acute{\omega}\varsigma$ φρήσει φρήρηφιν ἀρήγη

ita reddemus, ut dicamus: distribue milites; hoc modo cohors cohorti sit praesidio. Sed si Nestor dixisset: *ἀρήξει* sincere et absolute, qui futurus fuisset eventus, significasset, huncque eventum ex illa conditione pendentem facere poterat particula *ἄν* apposita; nunc, coniunctivo adhibito hunc eventum a sese cogitari significat.

Contra in Il. 1, 82:

ἄλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὡς κε νέηαι

vocula *ὡς* conditionem refert, qua demum expleta ille, quem Agamemnon alloquitur, rediturus erat. (Quod coniunctivus praesentis tempora quoque sequitur praeterita, hoc facile intelligi potest et ab aliis copiosissime expositum est.)

Denique voculae *ὡς* (id quod iam antea commemorari oportebat) quam in II. 21, v. 273:

Ζεῦ πάτερ, ὡς ὅστις με θεῶν ἔλειον ἐπέστη ἐξ ποταμοῦ σαῶσαι

exclamativo sensu indutam esse omnes interpretantur, nos ad correlationem potius cum altero *ὡς* insequente descendere iussimus — eidem igitur huic voculae sine ulla dubitatione eam quoque facultatem tribuimus, ut exclamationes introducat, praesertim ubi cum verbo *ὄφελον* coniungatur. II. 3, 173: *ὡς ὄφελον θάνατός μοι ἄδειν καλός!*

Quamquam saepe adiectivorum potius gradum illustrare, quam exclamare videtur:

II. 21, 441: *ὡς ἄνοον κραδίην ἔχεις.*

Od. 3, 196: *ὡς ἀγαθὸν καὶ καὶα λιπέσθαι* = tam bonum est.

Idem usus apud omnes scriptores passim invenitur, sed hasce dicendi formulas: *θαναστώως ὡς*, *ἔπερηνώς ὡς*, quas Plato Phaed. 95 a: *θαναστώως μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν!* Gorg. 496 c: *ἔπερηνώς ὡς ὁμολογῶ!* alii scriptores adhibent, Homerus nondum novit.

III.

In his omnibus exemplis ex Homero petitis passim dispersa videmus semina, ex quibus tot tamque variae usus syntactici genera tamquam effluerunt, quot haud scio num ulli particulae graecae contigerint. Sed ut in quodam ac continuo etiam progressu versari hanc significationum multitudinem agnoscamus, exemplorum Homericorum quandam nobis proponimus seriem, ita quidem, ut unicuique exemplo Homeri opponamus aliquem locum e scriptore petitem posteriori, quippe quem hac particula uti jam oporteat sensu relativo.

II. 3, 300: *ὄδε σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέει,*
ὡς ὄδε οἶνος (scil. ῥέει.)

Pl. de rep. III, 415: *μηδ' οὕτω σφόδρα φιλά-
ξουσι μηδὲν ὡς τοὺς ἐκτόνους.*

II. 1, 109: seqq. *καὶ νῦν ἐν Λαυαίοισι θεοπε-
πέων ἀγορεύεις „ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν
Ἐκίβηλος ἄλγεα τεύχει“*, i. e. hoc modo
(sicut videre licet) Apollo eos malis afficit
propterea

Her. 3, 62: *οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα ὡς σοι
Σιέριδις ἐπανάστηγεν.* (Quae exempla si
inter se comparamus, quam facilis sit ex
oratione directa ad indirectam transitus,
apparet; proprie vero hac vocula *ὡς* illud
ταῦτα refertur ac circumscribitur.)

II. 9, 302: *οἶ σε, θεόν, ὡς τίσσοισιν*

Her. 3, 86: *προσεκίνεον τὸν Λαρεῖον ὡς βα-
σιλῆα.*

II.: *ὡς δ' ἴδεν ὡς μιν ἔρωσ πικρινὰς φρένας
ἀμφεγάλυψεν.*

Xen. An. 4, 3, 27: *ὡς ἐώρων, θάκτιον δὴ
ἐπήρσαν.*

Od. 9, 413: *ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ ὡς
ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν καὶ μῆτις ἀμύμων*
(sic enim fefellit.)

Aesch. Prom. 1032: *πρὸς ταῦτα βούλευ' ὡς
ὄδ' οὐ πεπλάσμενος — ὁ κόμιστος.*

II. 2, 363: *κρῖν ἄνδρας — ὡς φρήτη φρή-
τηρην ἀρήρη.*

Aesch. Ch. 756: *λέγ' ἀθῆς, ὡς μάθω.*

Od. 24, 194: ὧς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμίμονι
Πηνελοπείῃ — ὧς εὖ μέμνητ' Ὀδυσῆος.

Aesch. Prom. 155: . . . ἀγρίως πελάσας, ὧς
μήτε θεός μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγίγθει.

Aesch. Pers. 429: τοιάδ' ἐπ' αὐτοῖς ἦλθε
συμφορὰ πάθους, ὧς τοῖσδε καὶ δις ἀντισι-
κῶσαι ῥοπή. (Hunc usum ab Homero abiu-
dicavimus.)

Iam vero regredimur ad illas Homeri imagines ὧς aut semel posita aut iterata circumscriptas. Atque in his omnibus auxilio voculae ὧς modalitatem quandam deprehenderamus expressam. Aliter res sese habet postquam ὧς factum est relativum. Neque invenitur amplius haec vocula substantivo suo postposita (θεός, ὧς τίετο δήμῳ) neque illa formula ὧς, ὅτε cum subtili illo varioque modorum usu. Quam quidem formulam ὧς, ὅτε ex hominum memoria evasisse non mirabimur; nam quum omnium linguarum temporumque haec sit lex, ut inde a rebus singularibus et semel tantum aut spectatis aut factis ad universas rerum notiones fiat progressus, ii, qui post Homerum scripserunt, non ea amplius erant sinceritate, ut tales res semel tantum animis suis perceptas esse faterentur; sed aut ea Homeri exempla imitabantur, in quibus tempus adhibet praesens, et in consuetudinem aliquid venisse significat, aut ea, in quibus, quum verbum omittatur, (θεός ὧς τίετο δήμῳ) substantivum pertinet ad verbum enunciationis superioris. Itaque quum Homerus etiamtum dicturus esset: ὧς, ὅτε κίων νεβρόν, (ἐδίωξεν) ὧς ἡμεῖς ἐκμαστεύομεν, Aeschylus, quum iam in temporum decursu tamquam obduruisse hanc imaginem non ignoraret, brevius iam Homero, quamvis ipse sit ὀμηρικώτατος, dicere poterat (Eum. 237)

τετραματισμένον γὰρ ὧς κίων νεβρόν
πρὸς αἶμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.

Item Sophocles: El. 654:

πρέπει γὰρ ὧς τύραννος εἰσορᾶν;

Ex hoc copioso poeticoque dicendi genere aut natae sunt aut cogitari saltem possunt appositiones, quas hac vocula ὧς relativa introducere adeoque ad verborum modalitates annexere solent omnes scriptores. Atque ad hunc usum, quum quanta cogitandi subtilitate exornet et definiat orationem graecam, dici vixdum possit, tamen nisi deleta demum illa voculae ὧς natura pronominali haud scio num processisse videatur Graecorum ingenium. Quamquam, ut penitus perspiciamus ea exempla, quae huc pertinent, omnibusque unam eandemque, id quod oportet, inferre possimus interpretationis rationem, semper ad nativam illam voculae ὧς significationem recurremus. Nam quod Her. 3, 86 dicit: προσεκύνει τὸν Λαρεῖον ὧς βασιλῆα hoc subest, ut copiosius convertamus: Darium salutaverunt, quomodo regem salutari oportebat. Item Soph. O. R. 1078: φρονεῖ γὰρ, ὧς γυνή, μέγα, quo in exemplo, ut inest quaedam concessio, ita apud Thuc. 4, 84: ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὧς Ἀκεδαιμόνιος, εἰπεῖν a scriptore additur, quibus finibus coerceatur illa dicendi facultas. Nihilominus omnibus eiusmodi exemplis id est commune, quod, quum modalitas quaedam in unamquamque harum sententiarum inferatur ab eo qui loquatur, hic iam, quemadmodum suae sententiae, sui iudicii auctorem sese praebet, ita ex sua indole petit iudicii sui tamquam modulum et mensuram, coloremque igitur orationi admiscet subiectivum. Qui color commode spectatur ubicunque cum participiis coniungitur vocula ὧς. Atque de hoc usu quum Passovius et Pape, tum vero Ed. Wentzel (de genn. et datt. absoll. Vratisl. 1828 p. 35—51 tam copiose et docte locuti sunt ut nihil sit quod addam, praesertim quod in hac re nullis omnino offendimur interpretationis difficultatibus. Quemadmodum vero saepe verbis οἴεσθαι, νομίζεν similibus supplendis opus est ad reddendos sententiarum nexus, ita casus participiorum, praecipue accusativi cum voce ὧς coniuncti verbis finitis hoc modo annexuntur, ut, quum ex indole subiecti hae structurae pendeant, nos recte illorum verborum participia (οἴόμενος, νομίζων) auxilio pe-

tamus. Itaque ad ea exempla, quae Pape p. 1395 attulit, ex libris Xenophonteis, uberrimis talium constructionum fontibus addidisse satis habeo locum quendam ab eodem Wentzelio p. 59 emendatum Cyrop. 1, 6, 81 *τούτων δὲ φανέντων οὐδὲν ἄλλο ἔτι οἰωνίζόμενοι ἐπορεύοντο, ὡς οὐδὲν ἀπαυδήσαντα τὰ τοῦ μεγίστου Θεοῦ σημεῖα.*

Quanta vero concinnitate et brevitate sit lingua Graeca, ex iis exemplis apparet, in quibus additamenta e praepositionibus pendentia hac vocula ὡς ita verbis adiunguntur finitis, ut ne eae quidem participii ὄν formae addantur, quibus nobis opus esse videtur.

Xen. An. 4, 3: *καὶ γὰρ ἦσαν ὀπλισμένοι ὡς ἐν ὄρεσιν ἰκανῶς πρὸς τὸ ἐπιδραμεῖν.* Semper vero vel scriptoris vel eius qui loquitur, iudicium tantummodo profertur, Xen. An. 1, 2, 1, *δοκεῖ σιγατεῖσθαι ὡς ἐπὶ Τισσαφέρην,* quod ubicunque non exprimitur, sed rerum natura, tum vocula ἄτε adhibetur.

Item dativi ethici, quos vocant, saepe hac vocula ὡς introducuntur, Soph. O. C. 20: *μακρὰν γὰρ, ὡς γέροντι προῦστάλης ὁδόν,* nec minus numeri, quos ipsos quoque ad subjecti taxationem relatos *ἀπέθανον ὡς πεντακῶσιοι* equidem, quum nihil obstat quin circumscribamus: *ἀπέθανον ὡς πεντακῶσιους εἰπεῖν* sive *ἀριθμῆσαι,* attractione quadam facta ad verborum subiecta vel certos substantivorum casus natos esse crediderim. Nam ne tales infinitivos ex eiusmodi exemplis prorsus reiiciendos esse putemus, haud scio num in quibusdam dicendi formulis ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ὡς τὸ πολὺ alia praesto sit explicandi ratio.

Quum vocula ὡς mensuram contineat, qualis quidem animo eius, qui loquitur, obversatur, non mirabimur, si hanc voculam in omnium fere coniunctionum graecarum locum subire viderimus. Itaque ὡς = ὥστε consecutiones introducit nonnunquam limitandi causa particula γε illustratas ut Pl. de rep. V, 475 d *ἀποιοπόνοιοί τινές εἰσιν, ὡς γ' ἐν φιλοσόφοις τιθέναι,* aut addita particula ἂν, ut Her. 2, 135 *μεγάλα ἐκλήσατο χορήματα, ὡς ἂν* (scil. *εἰπνὴν*) *εἶναι Ῥοδόπιν,* quo in exemplo ἂν conditionem refert ex eius, qui haec legit, animo pendentem, quasi dicas: insofern sie, wenn man es sich vorstellt, doch eben nur eine Rhodopis, eine Privatperson war.

Sed vocula ὡς, non pervenit ad hunc usum tamquam enervatum nisi priusquam in compluribus rationibus versaretur praeae naturae pronominalis documentis. Atque exclamationum mentionem iam fecimus ὡς ἐτέρως! ὡς ἀστείος ὁ ἄνθρωπος! quas exclamationes si ex verbo finito vel alia verbi forma pendere iubemus, oratio fit indirecta: *θαυμαστὸς ὡς ἀστείος, θαυμάζω ὡς ἔχει καλῶς.* Itaque similiter superlativis et adiectivorum et adverbiorum apponitur cum variis verborum modis: *ὡς ἂν δυνόμεθα κάλλιστα, ὡς κράτιστα, ὡς ῥᾶστα,* Pl. Prot. 325, d *ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται ὁ παῖς.*

Tum vero mere circumscriptivo adhibetur sensu pro voce ὅτι, quo non raro fit, ut ὅτι aliquot vocibus interpositis illud ὡς excipiat, e. g. *ἐνταῦθα γρόντες οἱ Μαρτινεῖς, ὡς, εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅτι κτλ.* (cf. Pade 1303.)

Usus finalis exempla augere non opus est; atque sicut *ἐνα* proprie idem significat quod „eo, dorthin“, ita possum sane ad localem casus ablativi significationem descendere indeque hanc voculae ὡς vim finalem eruere; similiter taceo de usu causalī, qui in omnibus fere linguis e temporali nasci solet. Ceterum in sermone vulgari et quotidiano huius particulae fines etiam latius patuisse crediderim, nam etiamsi iam eius ope in universum disputare scriptores potuisse adhibita simul vocula ἂν cum coniunctivo doceat Pape 1392, quid quod imperativorum quoque sensu concessivo indutorum unum saltem exemplum invenitur? Ar. pax 319:

ὡς κκάτω καίλατεῖτω πάντα καὶ ταρατεῖτω,

οὐ γὰρ ἂν χαιρόντες ἡμεῖς τήμερον πανσαίμεθ' ἂν,

qua in concessione latentem conditionem repraesentat vocula ἂν; aliter Aristophanes in apodosi dicere poterat: *ἀλλὰ καὶ ὡς.* cf. Dev. p. 371.

Restat, ut videam, quid tum sibi velit v. ὡς, quum praepositionis munere fungatur. Atque quum

ab aliis viris doctis aliae interpretationes proferantur, quas ex natura huius particulae cum quadam necessitate derivatas esse mihi non apparet, equidem primum quidem Homerum hanc rem nondum novisse, tum vero omnes scriptores posteros hoc voluisse existimo, ut accusativo (id quod Pape exposuit p. 1396) terminum, vocula vero *ὡς* consilium proficiscenti propositum exprimerent. Neque vero Rostius (gr. p. 415, a. 19) quum ab hac voce quandam reverentiam Deorum, hominum, locorum, rerum alienam non esse putet, errare videtur, nam fortassis vocula *ὡς* primum ponebatur ad nomina deorum, quorum ad templa ibant supplices; itaque proprie ad cultum eorum pertinuisse videtur e. g. *ὡς Ἀπόλλωνα ἦλθον* (scil. *ἰκετεύων*) tum vero ad loca certi alicuius dei cultu insignia, *ὡς Ἀθήνας*, *ὡς τὸν Μίλητον*, nec minus ad homines vel cum religione quadam adeundos (*ὡς τὸν βασιλέα*) vel certa aliqua re speciosos, denique ad res aliquo omine sacras, cf. O. C. 1481:

δῆρ' ἔτι, ἔλθετε,

ὡς τὰς ἀδελφὰς τὰςδε τὰς ἐμὰς χεῖρας

ita quidem apponebatur, ut, quamvis esset coniunctio, tamen, quum toties cum praepositionibus coniungeretur, — *πρὸς, ἐπὶ, εἰς*, in temporum decursu ipsa quoque in praepositionis usum conversa esse et in hunc particularum ordinem descendisse videretur.

